



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

85. Kurfürst Albrecht's Witthumsverschreibung für Sophia von Polen, die
Verlobte seines Sohnes Friedrich, vom 11. November 1475.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

cum pleno, amplo, libero et sufficienti Mandato nominavimus, deputavimus, institavimus et prefecimus, nominavimusque deputavimus, institavimus ad conveniendum pro die St. Georgii proximo in Oppido Pniewy cum Nuntiis et Oratoribus predictorum Dominorum Principum Alberti, Marchionis Brandenburgensis etc., et Nati sui Friderici, cum eisdemque de Matrimonio inter Principes predictos Sophiam natam nostram et Fridericum, nec non de Dote et Dotalitio, Matrimonium huiusmodi concernentia tractandi, illud quoque et illa concludendi et firmandi, solidandi et reformandi, litterasque necessarias super conclusis, firmatis et solidatis petendi, aliaque omnia et singula faciendi, dicendi, agendi et terminandi, que in premissis et eorum quomodolibet videbuntur fore necessaria seu quomodolibet opportuna, etiam si talia forent, que Mandatum specialius requirerent, quam presentibus sit expressum. Promittentes Nos Casimirus Rex prefatus omnia et singula, que dicti Oratores nostri nomine nostro circa conclusionem Matrimonii prefati, Dotisque et Dotalitii huiusmodi Reformationem ac cetera omnia et singula premissa concluderint, fecerint, ordinaverint et firmaverint, rata, grata, firma et inviolabilia tenere et observare. Datum in Radom, Sabbato ante Circumcisionem Domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Nach Degiel, Cod. Pol. I, 412.

85. Kurfürst Albrecht's Wittthumsverschreibung für Sophia von Polen, die Verlobte seines Sohnes Friedrich, vom 11. November 1475.

Nos Albertus, Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Princeps Elector, Stetimensis, Pomeranie, Sclavorum et Cassuborum Dux, Burgrabius Norimbergensis, ac Rugie Princeps, Recognoscimus tenore Presentium, quibus expedit, universis, tam presentibus, quam futuris. Quia disponente Altissimo Illustrissimum Principem Dominum Fridericum, eadem Gratia Marchionem Brandenburgensem, Stetinsensem, Pomeranie, Slavorum et Cassuborum Ducem, Burgrabium Norimbergensem ac Rugie Principem, Natum nostrum charissimum, Serenissimi Principis Domini Casimiri eadem Gratia Regis Polonie, M. D. Lituanie, Russie, Prussieque Domini et Heredis etc. Domini et Fratris nostri charissimi, Illustrissime Filie, Principi et Virgini Sophie matrimonialiter desponsavimus de scitu et bona voluntate prefati Filii nostri Marchionis Friderici. Quibus prefatus Dominus Rex triginta duo millia florenorum Hungaricalium puri auri et boni ponderis ratione Dotis constituit et inscripsit, iuxta tenorem Literarum Matrimonialium Posnanie desuper confectarum et emanatarum, quarum data est die Dominico ante Festum Sancte Hed-

vigis proximo, de Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, In quorum triginta duorum millium florenorum recompensam, alia triginta duo millia floren. Hungaric. ratione Dotis et Dotalitii ac Summas ratione largitatis sponsalitie, vulgariter Morgengabe, quam ex more in signum coniugalis amoris, post primum Thalami ingressum Principes Almanie Coniugibus suis donare consueverunt, dicte Filie nostre Principi et Virgini Sophie, Domini Regis prefati Filie, in et super Castris, Civitatibus, Districtibus, Oppidis, videlicet super Castro et Civitate Beyruth, Castro et Civitate Crewlzen, Castro et Oppido Berneck, Castro et Oppido Schwernitz et Wungeseez, ac Villis Possessionibusque ad ipsa Castra pertinentibus, In omnibusque censibus, collectis, que in vulgare vocantur Stheure, usibus, homagiis, feudis, molendinis, piscariis, forestis, sylvis, aquis, prediis, venationibus, devolutionibus et Jure Patronatus collationibusque dignitatum, tam spiritualium quam secularium, Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, et generaliter cum singulis obventionibus ad eisdem Districtus pertinentibus, nunc existentibus aut in futurum venientibus, assignavimus et inscripsimus iuxta tenorem Literarum subscriptarum matrimonialium, ita et taliter, quod semper ratione quorumlibet quindecim florenorum de Summa prefata sexaginta quatuor millium florenorum, hoc est triginta duorum millium Dotis et aliorum triginta duorum millium Dotis et Dotalitii, nec non de Summa sponsalitie largitatis, alias Morgengabe adhuc inscribendis, unus florenus Hungaricis, aut valor eius de censibus et redditibus Bonorum supracriptorum Filie nostre charissime Principi et Virgini Sophie, prefati Domini Regis Filie obvenire debet et assignari. Qui introitus si se ad tantas summas de Castris et Bonis prefatis extendere non possent, ex tunc debemus Nos, ac prefatus Filius noster, Dominus Fridericus Marchio, residuitatem in aliis Castris, Civitatibus, Dominiis et Bonis, ex eorum censibus supplere, et eidem Domini Regis Filie inscribere et assignare, Ita tamen, quod non minus de annuo introitu habeat, quam de quibuslibet quindecim florenis Dotis, Dotalitii et Donationis ex sponsalitia largitate unum florenum Hungaricalem, per Filiam Domini Regis prefatam, Conthoralem Filii nostri Domini Marchionis Friderici, in eventum et casum mortis prefati Domini Friderici tenendum, habendum et uti fruendum, pacifice et quiete possidendum et pro suo beneplacito convertendum, usque ad tempora vite sue, iuxta tenorem pretactarum Literarum Matrimonialium prius emanatarum, In cuius rei testimonium Sigillum nostrum huic Litere appendimus.

Et Nos Fridericus, Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, Stetinensis, Pomeranie, Sclavorum et Castuborum Dux, Burgravius Norimbergensis ac Rugie Princeps, recognoscimus et profitemur tenore Presentium, quod omnia prefata tam de sponsalibus et Matrimonio, quam de Dote et Dotalitio, tum et aliis per Illustrissimum Principem Dominum Albertum, Dei gratia Marchionem Brandenburgensem etc. Dominum et Genitorem nostrum charissimum de nostro scitu et voluntate conclusa et acta sunt promittimusque omnia et singula suprascripta, Nos concernentia, rata, firma habere fideliterque ac inviolabiliter observare, et prosecutionem eorum facere absque

dolo. In cuius rei evidens testimonium Sigillum nostrum una cum Sigillo prefati Domini ac Genitoris nostri huic Litere appendimus, Que data est in Cadoltzburgk, die Sabbatho ipso Festo Sancti Martini, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Nach Dogiel, Cod. Pol. I, 417.

86. Albert Klitzing schreibt dem Kurfürsten Albrecht über das Bisthum Halberstadt, den König von Dänemark und den König von Polen, im Jahre 1475.

Gnedigster her. Ich habe eine sache In den handelt bracht myt wissen myns heren Marggraf Johansen zwischen dem Biffchoff von halberstat vnd mynem hern hertzog Baltzer van Mecklemborch also, das der Biffchopp zu halberstat deme gnanten hertzog Baltzer das Biffchoptum zcu halberstat obirgeben wil vnd wert dezhalben ewer fürstlich gnade besucht werden, Im hofe zu Rome furdernus vnd bete briffe zu geben, konde ewer gnade by den hern van Sachsen ychtes handeln deme Stifte zcu halberstat zu gute, dormyt die beswernus, so sie doruff gelecht haben vermyndert werde, des funde ewer gnade vnd ewer liebe das Stifte zu halberstat ewiglich desto willig, Dann was an deme van Mecklemborg geschicht, tut men vmme der herschaft van Brannburg willen vnd nicht anders, Nachdem man weyßz, wie sie der herschaft van Brannburg verwant sein. Datum vt supra. Diz wil ewer gnade bey sich behalten, wan suft nymand dorvan weyßz oder wissen sol, eher die sachen Im hofe zu Rome gehandelt sein.

Van der fruntschaft wegen zwischen mynem gnedigsten hern dem konige vnd des konigs zcu Polen ewer gnaden wissentlich, habe Ich so vil arbeytet, das solich fruntschaft zu polen nicht wert abegeflagen, So ferne myn her der konigk zu denemargken selbst wil, des Ich van seiner gnaden antworten wartend bin. Datum ut supra.

Albertus Clytzink.

Beilagen eines nicht mehr vorhandenen Hauptschreibens aus dem Königl. Hausarchive.